



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Quæ habitas in hortis, amici auscultat, fac me audire uocem tuam

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVP. IN CANT. CAN. CA. VI.

dilectus uere pacificus, per quē deo reconciliati sumus, in fide plantata ē Abrahæ, p̄ quā ille oēs hæreditaui populos. Tradidit eam custodibus cōmisit eam rectorib. uir affert pro fructu eius mille argenteos. i. quiuis operarius fidelis ac uirtuosus scripturarū peritus & ore facundus, cunctas fidelis sermonis copias impendit prædicando, ut percipiat tpe suo quippiam de fructu eius,

Ephe. 2.
Rom. 4

1. Cor: 9
Nēs argenti eius,
uille

Rom. 4

Mille tui
pacifici.

¶ Omneis argentei eius mille, id est, omnes sermones eius consonant in una fide, quia sicut iam supra dictum est, numerus iste millena unitas est, quod arithmeticis nō incognitū est. Ad hæc ille. Vineam meam coram me est. Et est sensus. Ego non sum mutatus, sed ubi plantaui, ibi quero, & habeo uineam meam, s. non in lege, sed in fide. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanitas est fides, abolita est promissio, & esset mutabilitatis quæ in deum non cadit. O tu quicumq; es, q̄ in hac uinea mille argenteos (de quibus iam dictum est) expendis, mille tui pacifici, id est, pacem, uidelicet remissionem peccatorum faciētes uel acquirentes sunt tibi: & ducenti his q̄ custodiūt fructus eius, uidelicet in eo, ut uirginali cōiugio in cœlestib. nuptiis, quas hic significat binarius centenus, cum dilecto & dilecta in sempiternum perfruantur

¶ Quæ habitas in hortis, amici auscultāt, fac me audire uocem tuam

¶ Quis dicat, cui dicat, manifestum est dilectus em̄ dilectæ dicit, quæ habitas in hortis. Quib. in hortis habitat dilecta, nisi in amœnitate scripturarum in delectatione uirtutum, pulchre florentium, bene olentium, semper uirentium. Fac me

COMMENTAR. LIB. VI. 119

(inqt) audire uocem tuam. Quō ꝛ Nimirum ita sicut scriptū est. Narrabisqꝫ filio tuo in die illo dicens. Hoc est quod fecit dñs mihi In manu. n. forti eduxit me de ægypto. Ferit q̄si signū ī manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & ut lex dñi semper sit in ore tuo. Nam te ueraciter ego eduxi de Aegypto, de tenebris huius seculi, de seruitute peccati, in terram istam fluentem lac & mel, ut habitares in hortis istis, in omnibus scripturarum sacramentis, ubi ueraciter sunt fontes & riui lactis & mellis, fluētes de spiritu dei & hominis Iesu Christi dilecti tui. Fac igitur ut dixi, fac me audire uocem tuam, ita ut lex dñi semper in ore tuo sit, nunc prædicando, nunc orando, nunc psallendo. His nanqꝫ modis libenter audio uocem tuam: & ut amplius sapienter ac sollicite id facias, ecce dico tibi, amici auscultant, etiam illi quos non uides corporalibus oculis, sancti scilicet angeli, iuxta illud: In cōspectu angelorū psallā tibi. quid tādē o dilecta dicis.

¶ Fuge dilecte mi, assimilare capree hinnulorū ceruorum super montes aromatum.

¶ O uocem dignam auditu dilecti, uocē de corde fideli & mente humili. Hoc enim est quod anima quælibet fidelis & sapiens dicere consueuit. Domine non sum digna, ut itres sub tectum meum, non sum digna ut in me ostendas frequens aliquod pñtix uel uisitationis tuæ miraculum. Fuge (inquam) dilecte mi. Non quæro in præsentia uita gloriam, sed desydero gratiam: non quæro claritatem miraculorum, sed opto remissionē peccatorum. Fuge (inquam) dilecte mi, & saltus bñdī similes saltibus capree aut hinnuli ceruo

Fac me
audire uo
cem tuam
Exo. 13.
Deut. 6.

Psal. 137.